

## Esdre. III.

245

la et non tardant. Quemadmodum pre-  
gnans cum parit in nono mense filium su-  
um appropinquante hora partus eius.  
ante horas duas vel tres dolores circu-  
eunt ventrem eius. et p[ro]deunte infante  
de ventre non tardabit vno puncto. sic  
non morabuntur mala ad p[ro]deundum  
sup[er] terram. et seculum generet et dolores  
circumtene[n]t illud. Audite verbu[m] plebs  
mea. Parate vos in pugnam. et in ma-  
lis sic estote quasi aduene terre. Qui ven-  
dit quasi qui fugiat. et qui emit quasi qui  
p[er]diturus. Qui mercatur quasi qui feu-  
cum non capiat. et qui edificat quasi qui  
non habitaturus. Qui seminat quasi qui  
non metet. sic et qui vineam purat qua-  
si non vindemiaturus. Qui nubunt sic  
quasi filios non facturi. et qui non nubunt  
sic quasi vidui. p[ro]pter quod qui laborant si-  
ne causa laborant. Fructus enim illorum ali-  
eni gene[m]e metent. et substantiam illorum rapi-  
ent. et domos euertent. et filios eorum capri-  
uabunt quia in captiuitate et fame ge-  
nerant natos suos. Et qui negociantur  
in rapina quantum diu exornat ciuitates  
et domos suas et possessiones et p[er]sonas  
suas. ratio magis ad labor eos sup[er] pec-  
cata sua dicit d[omi]n[us]. Quod zelatur forni-  
caria mulierem idoneam et bonam val-  
de. sic zelabitur iusticia iniquitate cum  
exornat se. et accusat eam in facie cum ve-  
nerit qui defendat exquirentem omne pec-  
catum sup[er] terram. Propterea nolite si-  
milari ei nec opibus eius: quoniam ad-  
huc pusillum. et tollentur iniquitas a ter-  
ra. et iusticia regnabit in vos. Non dicat  
peccator se non peccasse: quonia[m] carbo-  
nes ignis comburet sup[er] caput eius qui di-  
cit non peccavi coram deo et gloria ipsi.  
Ecce dominus cognoscet omnia opera  
hominu[m] et adinventiones illorum et cogi-  
tationes illorum et corda illorum. Dixit enim:  
fiat terra et facta est. fiat celum et factum est.  
Et in verbo illius stelle fundate sunt. et

nouit numerum stellaru[m]. Qui scrutat  
abyssum et thesauros illarum: qui mensus  
est mare. et conceptum eius. Qui con-  
cludit mare in medio aquaru[m]. et suspen-  
dit terram sup[er] aquas verbo suo. Qui  
extendit celum quasi camera[m]: sup[er] aquas  
fundauit eum. Qui posuit in deserto fon-  
tes aquarum. et sup[er] verticem montiu[m]  
lacus ad emittendu[m] flumina ab emine[n]-  
ti petra. vt portaret terram. Qui finxit  
hominem. et posuit cor suum in medio cor-  
poris. et misit ei spiritum vitam et intel-  
lectum et spiramem dei omnipotentis qui  
fecit omnia et scrutinat omnia absconsa  
in absconsis terre. Hic nouit adinuen-  
tionem vestram. et que cogitatis in cor-  
dibus vestris peccantes et volentes oc-  
cultare peccata vestra. Propter quod do-  
minus scrutinando scrutinauit omnia  
opa vestra. et traducet vos omnes. et vos  
confusi eritis cum p[er]cesserint peccata ve-  
stra coram hominibus. et iniquitates erunt  
quae accusatores stabunt in die illo. Quid  
faciens. aur quomodo absconderis pec-  
cata vestra coram deo et angelis eius.  
Ecce iudex deus: timete eum. Desinite  
a peccatis vestris. et obliuiscamini ini-  
quitates vestras iam agere eas in sem-  
piterno. et deus educet vos et liberabit  
de omni tribulatione. Ecce enim incen-  
ditur ardor sup[er] vos turbe copiose. et ra-  
pient quosdam ex vobis et cibabunt idolis  
occisos. et qui consenserint eis erunt il-  
lis in verisum et in improperiu[m] et in con-  
culcationem. Erit enim locus locus. et i  
vicinas ciuitates erit erectio multa sup[er]  
timentes dominu[m]. Erunt quasi insani  
nemini parcentes. ad diripiendu[m] et de-  
uastandum adhuc timentes dominu[m]:  
quia deuastabunt et diripient substan-  
tias et de domibus suis eos eiciet. Tunc  
parebit p[ro]batio electoru[m] meoru[m]: vt au-  
rum quod p[ro]batur ab igne. Audite dile-  
cti mei dicit dominus. Ecce ad sunt dies